



Tractatvs De// Beneficiis// Amplissimvs,// Et Doctissimvs

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

Cap. 12. De corpore vitiatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98550](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98550)

fil. 48 de sentent. excommunicacion. ad finem. Flamin. Paris. de resignacione benefic. lib. 4. q. 3. num. 40. & 41. & lib. 8. quest. 7. a num. 112. Ioannes Gutierrez canon. quest. lib. 2. cap. 5. numero 94. & Man. Rodriguez in summa. tom. 2. cap. 29. numero 5. & Vega dist. cap. 36. casu 15. qui sibi non constant, Sairus lib. 2. cap. 5. n. sexto ad finem. & lib. 6. cap. 2. numero vigesimo secundo & Rota in illa Curcolen. canonicatus supra adducta, numero 57 octavo. Vnde et etiam facultas absoluendi a censuris & penis, data per bullas, seu iubeas, non includit irregularitatem, & ita habet stylus Curiae, ut post Villadiego de irregularitate, in fine docet Nauar. in manuali cap. 2. numero 194. & 250. vers. 9. quod alias numero 254. & consil. 7. num. 2. de temporibus ordinationum, & 4. numero tertio de filius presbyterorum. & consil. 82. numero tertio de simon. sequuntur Maiolus de irregular. lib. 5. capit. 51. numero septimo Flamin. Paris. de resignacione benefic. lib. 8. quest. 7. numero 213. dicens communem opinionem. Vgolinus de censuris, tab. 1. cap. decimo §. 4. numero undecimo ibi; Nam & in irregularitate, & cap. 26. numero secundo & de irregularitat. capit. 62. in princip. numero septimo Salzedo in practica Bernardi Diaz, cap. 26. lit. C. vers. 6. Licentiatu Antonius Gomez in explicat. Bullae Cruciate ad 10. clausulam, numero trigesimo primo, Cerola in praxi Episcopali. 1. part. verb. irregularitas, §. 13. & 2. part. eod. verb. §. 7. in praxi penitentiali, cap. 24. §. 18. Doctor Sahagun in cap. at clericis, §. de adulter. & indic. numero 122. & 123. Flores de Mena quest. 9. numero undecimo & communiter canonista, & ex Theologis cosmas Philiar. de officio sacerdotis 1. par. lib. 4. c. 6. & in additione postea post finem 3. partis candelabrum aureum de irregularitate, seu de dispensatione, numero 331 qui citat Ledesman 1. par. c. quarto quest. 26. art. 2. ad finem. & dicit tenere communem canonistarum, & generalem curiae Romanae stylum. Ludovic. Beia. in resp. casuum conscientiae, casu decimo septimo ad finem, echus de casibus reservatis, casu 1. de irregularitate, sub numero quadragesimo Graf. lib. 1. cap. 32. numero decimo quarto & lib. 4. cap. 15. numero vigesimo septimo & de casibus reservatis, lib. 2. cap. 17. numero trigesimo quinto Ludouicus Lopez in instruct. conscient. 1. tom. cap. 242. & praefertim 2. tomo 1. part. capit. 62. & 2. part. cap. 8. dicens contrariam non esse tutam, nec vlla firma ratione suffultam, Summa Corona 4. parte, c. 6. de sacramen. Penitentia, numero vigesimo quinto notabili 3. Henriquez in summa lib. 7. capit. 13. §. 6. & lib. 14. capit. 17. §. 4. Bernar. in sum. cap. 35. numero quinto & 100. Pedraga in summa lib. 2. cap. 4. in princip. Sorbo in compen. Mendican. verb. confessiones, ad finem, pagin. 156. compendium Bernardi verb. absolutio, quoad monachos, sub §. primo lit. D. Llamas 1. par. methodi. cap. 12. §. trigesimo quinto Toletus in summa lib. 1. ca. 31. alias iuxta editionem Romanam, capit. 89. ad finem, Sairus de censuris, lib. 1. cap. 1. numero decimo octavo & lib. 6. cap. 2. numero trigesimo tertio & lib. 7. capit. 14. a numero primo & constanter Manuel Rodriguez in sum. 1. tomo, cap. 164. numero tertio, & q. regul. 1. tomo, qu. 20. art. decimo septimo & questione 62. artic. 12. & in additio. bullae ad §. de circumteritium numero 4. quamvis in explicatione ipsius bullae, §. 9. numero 64. contrariam sententiam dixisset probabilem, & nouissime Suarez dist. 5. tom. de censuris, dist. 1. sect. 3. numero quinto & sexto & dist. 3. quadragesimo sect. 3. numero 3. dicens contrariam sententiam esse falsam, quamquam nonnulli Theologi illam amplexi sint, & multi confessarii iunius doctorum eorum autoritate nixi illa facultate vtantur, Aila 1. par. dubio 5. & 7. part. dist. 1. dub. 1. in fine, &

praefertim dist. decima dub. 4. & late Molina tractat. 3. dist. 80. Acosta de Andrada 48. in Bulla cruciatæ Quæ t sententia mihi est certa, & confirmatur ex iubeis, quæ modo conceduntur, in quibus declarat summus Pontifex non esse suæ intentionis, quod virtute illorum possit in aliqua irregularitate dispensari. Et approbatur t in concilio 3. provinciali Mediolanen. tit. de his quæ ad Sacramentum Penitentia pertinent, vers. confessori, ubi sic dicitur: Ne confessori sacerdotes cum sibi facultate, vel ex iubileo, vel ex aliis Apostolicis literis concessa penitentium confessiones audire, eosdemque a peccatis etiam grauioribus, quæ admiserunt, & a penis item, ac censuris, quibus irreti sunt, absolueret licet, cum eo qui in irregularitatem incurrit, dispenset, nisi eius facultate illis literis nominatim expressa. Quod concilium licet nos non liget, tamen praestat maximum argumentum pro ista sententia, & pro dicto stylo Curiae. De quo etiam nouissime testatur Magist. S. Pala. in indice librorum expurg. in Eman. Sa pag. 16. n. 19. sic corrigens: Non est vilo modo tenenda sententia quorundam affirmantium: quia in contrarium est praxis Romanae Curiae, & omnis Canonistarum doctrina, quæ optima nititur ratione. Potestas enim absoluendi non potest extendi ad irregularitatem, quæ tollitur dispensatione, non absolutione, & ita tenendum est, quamvis in irregularitate contracta ratione peccati, seu ob delictum contrarium teneant Soto in 4. dist. 22. quest. 3. art. prima Cordoua lib. quinto questionum, quest. 43. dub. quarto & in summa, questio 28. & 144. circa finem. Barto. Medina 1. 2. question. nonagesima sexta, art. 4. & in summa lib. 1. c. 11. §. nono & duodecimo & lib. 2. c. 12. Bannes 2. 2. qu. 64. artic. 8. 4. parte, dub. 1. & ibi Saloni 4. controuers. Vega in summa, 2. part. capit. decimo quinto casu 2. §. 9. & 10. & in Espeio de curas c. 12. §. 31. P. Ledesma in summa 1. par. tit. de censur. c. 1. & Ioann. Gutier. can. §. 1. c. 3. & dicit satis probabile Arag. d. art. 8. circa finem, dicens etiam nostram sententiam satis probabilem, & nouissime sequitur Nunno 3. parte, in expositionem Bullae Cruciatæ §. ultimo.

CAP. XII.

De Corpore vitiatu.

S V M M A R I A

Oportet etiam promouendos ad beneficia non esse corpore vitiatos, nam & 3. sunt irregulares, numero primo. De qua irregularitate, seu inhabilitate ex vicio, seu defectu corporali, qui sunt videndi, numero secundo.

Non solum ad sacros ordines, & beneficia, quæ sacrum ordinem requirunt, sed nec ad minores ordines, & primam tonsuram, & consequenter nec ad vllum beneficium, promoueri possunt, qui corpore insigniter deformati sunt, ita ut sine notabili horrore aut scandalo ministri Ecclesiastici esse non possunt, aut sibi abscederunt membrum, aut partem membri, numero tertio. Nam isti simpliciter & absolute sunt irregulares, numero 4.

Quod dictum est de abscedente sibi partem membri, quod sit irregularis, procedit etiam si non sit notoria eius culpa, n. 5. Quamuis contrarium teneant Hostien. & alij, num. 6.

Non sunt irregulares, qui non sua sponte, sed casu, aut in

cum abulis, aut per vim, aut propter agriitudinem facti sunt, num. 7. Nisi id sua culpa acciderit, quia dabat operam rei illicita, ut in adulterio, cui a marito, vel a indice sunt abscissa virilia, quem esse irregularem tenet communis, num. 8. Sed contrarium tenent alij, num. 9.

Ista sententia videtur verior, nam licet maneat irregularis, qui alias dans operam rei illicita, membrum casu perdidit, sicut dans operam rei illicita, ex qua mors alicuius sequuta est, tamen id procedit, quando dedit operam rei illicita, exponendo se tali periculo, seu ex suo genere periculosa, & inductus homicidij, veluti periculosa, clerico prohibita, n. 10. & 11. & sic ille adulter non videtur manere irregularis, nisi forte temere accessit ad uxorem alterius, & sine sufficienti cautela moraliter exponens se tali periculo, numero 12.

Ista resolutio est vera, etiam iuxta sententiam Toleti circa irregularitatem ex homicidio casuali positam, nu. 13. & 14. Quae videtur bona cum additione posita, num. 15.

Istis consonare videtur dictum Mann. Rod. esse irregularem eum, qui cognovit carnaliter mulierem habentem morbum Gallicum, ex cuius contagio amisit membrum, nisi ignoranter etiam cognovisset, quam sanam putabat, nu. 16. Quae tamen sententia videtur nimis dura, n. 17.

Vitium, seu defectus corporis absque culpa proueniens impedimentum praestans executioni alicuius actus, seu officij ordinis propter impotentiam, seu debilitatem, vel insignem deformitatem, licet quoad ordines suscipiendos absolute irregularitatem inducat, tamen quantum ad susceptos non reddit quem ex toto irregularem, sed solum quoad illum actum, seu officium ordinis, ad quem est inhabilis, n. 18. Et sic ei, qui sine sua culpa incidit in irregularitatem, quae nascitur ex defectu ad usum vnius ordinis, & non alij iam suscepti, potest dari beneficium non requirens maiorem usum, n. 19.

Ita laborans morbo caduco, aut sinistro oculi infirmitate aut capitis morbo non est inhabilis ad obtinenda beneficia simplicia, licet secus in beneficiis requirantibus ordinem sacrum, & agrotus morbo impediens usum ordinis est irregularis ad beneficium curatum de nouo suscipiendum, non ad simplex, numero vigesimo.

Clerico incidenti in cecitatem non potest conferri beneficium, n. 21.

An qui patitur vitium, seu defectum corporis celebrationem impediens tantum, vel qui caret visu oculi canonis, vel pollice, &c. esto ob id impediatur a sacerdotio suscipiendo, possit nihilominus promoueri ad diaconatum, & alios inferiores ordines, ad quorum actuum executionem non habet impedimentum, a nu. 22. cum seqq. Resoluitur negative, & n. 30. ponitur decisio Rotae.

Doctrina Nauarri de eo, qui vinum non potest bibere, quin euomat, quod licet sit irregularis ad presbyteratum, possit promoueri ad ordines minores, & etiam ad diaconatum, & subdiaconatum, a nu. 24. & 5. seqq. Respondetur, contrarium esse verius, num. 31. & 32. Et quidquid in eo esset, tamen in corpore vitiatu aliud dicendum esset, ex quo sunt absolute irregulares, n. 33.

Similiter etiam eadem ratione oportet t. promouendos ad beneficia non esse corpore vitiatos, n.

& ij sunt irregulares. De t. qua irregularitate, seu inhabilitate ex vitio, seu defectu corporali ultra titulum de corpore vitiatu, & de clerico agitante, & in decreto 55. distinct. & ibi Ordinarios, videndi sunt Hostien. in summ. tit. de corpore vitiatu. Albert. Trocius de vero & perfecto clerico, libro 2. c. 16. Villadiego de irregularitate, c. 11. de corpore vitiatu. Borgal. eod. tit. & tit. Maiolus libro 1. cap. 14. cum seqq. usque ad 26. & libro 2. cap. 16. & 18. cum seqq. Bertachi. de Episcopo, 2. lib. quaest. 24. & 1. par. eiusdem 56. & 57. distinct. & 3. lib. ultima par. 7. quaest. P. a Baisto in director. electionum, 2. par. c. 18. & 19. Corral. de benefic. 3. par. ca. 6. Duaren. libro 4. c. 3. & 4. Couarruu. in Clemensi furiosus, 1. par. initio, ex numero 5. Plaça de delict. ca. 24. & 25. Rebuffus in praxi, tit. de dispensatione cum corpore vitiatu, Mandof. de signatur a gratia, eodem titulo, Menoch. de arbit. libro 2. casu 226. & in additione, Salzed. in pract. Bernardi. Diaz, c. 17. Quintanaduennas Ecclesiasticon, libro 1. cap. 6. a numero 3. Vgolinus de irregularitate, & cap. 46. ad 55. Dominus Antonius in summa, 3. par. tit. 29. cap. 5. Soto de iust. & iur. libro 5. q. 2. artic. 1. & in 4. distinct. vigesima quinta quaest. 1. art. 3. Aragon 2. 2. q. 65. articulo 1. & ibidem Salon 4. controuersia. Valencia 4. tomo disput. septima quaest. 10. puncto 3. de secunda specie irregularitatis. Suarez 5. tomo, disput. 51. Felicianus de censuris, tit. de irregulari. c. 6. Sairus eodem tract. libro sexto c. 7. 8. & 9. Angelus Syluest. Rosella, Tabienca, & Armilla, verb. corpore vitiatu, Nauarr. in manuali, cap. vigesimo septimo ex numero 198. & numero 249. vers. Sexto, quod, seu numero 251. Bernat. in summa, cap. 35. ex numero 12. Cecus de casibus reseruius & censuris, casu 1. de irregularitate ex numero 129. Iacobus de Graff. in decisionibus aureis casuum conscientiae, libro quarto capite 27. ex numero 39. Summa Corona 3. par. capit. de irregularitate, numero quarto, Henriquez in summa, libro 14. cap. octauo, Ludouicus Lopez in instructorio conscientiae, 2. tomo, 2. p. ca. 23. Man. Rodriguez in summa, 1. tomo, cap. 158. & questionum regul. 1. tomo, q. 24. art. 3. Llamas 1. parte methodi, c. 12. a §. 4. & Toletus in summa, lib. 1. cap. 63. Auila de censuris 7. par. disputa. 3. Do. Carillo in numerario ordinandor. sect. 2. cap. 3. Molina de iustis, tractat. 3. disput. 70.

Et resolutiue dicendum t. est primo, quod non solum ad sacros ordines, & beneficia, quae sacrum ordinem requirunt, ut inquit Corral. d. c. 6. n. 5. sed nec ad minores ordines, & primam tonsuram, & consequenter nec ad vllum beneficium promoueri possunt, qui corpore insigniter deformati sunt, ita ut sine notabili horrore, aut scandalo, ministri Ecclesiastici esse non possunt, aut sibi sua sponte ferrum iniecerunt, abscindendo membrum, aut partem membri. nam t. isti simpliciter & absolute sunt irregulares, cap. 1. 4. c. penitentes, si quis, 1. cap. bi, qui, capite qui partem, c. lator. cum aliis 55. distinct. ca. 1. cum seqq. de corpore vitiatu, & Doctores citati, & Lamber. de iure patronat. 1. par. 2. libri, q. 7. art. 12. n. 1. absolute dicit corpore vitiatos non posse promoueri ad ordines, ut in tit. de corpore vitiatu, per totum, & sic non posse habere beneficia, & n. 4. concludit, corpore vitiatum non valentem promoueri ad ordines, non posse presentari, Azor instit. moral. 2. par. lib. 6. c. 4. §. 13. Et id, quod dictum est de abscindente sibi partem membri, quod fit irregularis, procedit etiam si non sit notoria eius culpa gloss. in cap. fin. de corpore vitiatu. Villadiego supra & recte Toletus dicto cap. 93. ultima regula. Molina supra numero 16. & seqq. & disputat. 67. num.

num. 8. & videntur tenere Summa Corona *sup.* Suarez *sectione 2. numero 6. & 8.* & Sairus *dict. cap. 7. num. 12.* nam *tex. in dict. cap. qui partem. & in dict. cap. 1. de corpore vitiatu.* non fundantur in notorietate culpæ & delicti, sed in excessu & sæuitia, quam in se exercuit. Quamvis tamen in hoc contrarium, nempe, requiri notoriam culpam, quando totum membrum non est abscissum, teneant Hostien. Cardin. Butr. & Abbas in *d. c. fin. Syluest. quasi. 4.* Couar. *Plaça dicto cap. 24. numero 13.* Nauar. *dict. numero 198.* Vgolín. *cap. 51. numero 7. & 52. numero 5.* Graf. *numero 41.* Henriquez *dict. capitulo 8. §. 4. & cap. 19. eiusdem libri §. 4.* Ludouic. Lopez. *Auila dub. 1. & alij supra & Valen.* qui etiam id dicunt in abscindente sibi membrum non impediens vsum ordinum, sed sine fundamento. Non tamen sunt irregulares, qui non sua sponte, sed casu, aut in cunabulis, aut per vim, seu insidias hominum, aut propter ægitudinem facti sunt, *capitulo ex parte. 1. & 2. cap. fin. de corpore vitiatu. capitulo qui partem. capitulo eumuchus. capitulo si quis à medico. cap. si quis pro ægitudine. & cap. præcepta. §. 1. 55. distm. &* docent auctores citati, tamen nisi id sua culpa acciderit, quia dabat operam rei illicitæ, *argum. cap. continebatur. & cap. dictu. & cap. ex literis. 2. de homicid.* ut in adultero, cui à marito mulieris, cum qua fuit deprehensus, vel à iudice in penam sunt abscissa virilia, quem esse irregulare tenet Hostien. *supra.* & communis, quam refert & sequitur Nauar. *dict. num. 198.* Villadiego, Coua Plaça, Salzedo, Vgolínus *c. 51. n. 3.* Syluester, Armilla, Candelabrum, Graf. Lud. Lopez. Manuel Rodr. *Sup. sect. 2. n. 8.* Sairus *dict. cap. 7. num. 12. & 13.* Auila & alij supra Molina *d. disp. 70. numer. 18.*

9 Contrarium vero tenet Henriquez *dict. c. 8. §. 4. & capitulo 3. §. 4. & capitulo 10. §. 4.* dicens recentiores tenere contra Nauarum, contra quam etiam tenuit P. Gabriel Vazq. in materia *de irregularitate.*

Quæ sententia videtur verior, nam licet tamen maneat irregularis, qui alias dans operam rei illicitæ membrum casu perdidit, ut tenent dicti auctores, *argum. nec. dictorum iurum.* ex quibus dans operam rei illicitæ, ex qua mors alicuius secuta est etiam præter eius intentionem, est irregularis, ut ibi tenent Doctores communiter, Syluester, *Homicidum 2. §. 2.* Tamen id intelligitur, quando dedit operam rei illicitæ, exponendo se tali periculo, seu ex suo genere periculosa, & induciunt homicidij, vel uti periculosa clerico prohibita, ut per Ancharranum in *cap. final. de homicidio*, in 6. Socin. in *cap. ad audientiam. de homicid.* Couar. *supra 2. p. §. 4. numero 10.* Sotum *d. lib. 5. question. 1. articulo. 9.* Castrum *de lege penali. libro 2. c. 14.* Cordus. *quest. libro 2. quest. 26.* Medina *1. 2. question. 73. articulo. 8.* Valentia *3. tomo. disputation. 6. quest. 3. puncto 3. & 4. tomo. disputation. 7. question. 19. puncto 3. de quinta specie irregularitatis.* Gabrielem Vazquez *1. 2. disputation. 124. numero 4. & 5.* Ioann. Vela *de peccatis delictorum. cap. 15. pagin. 80.* Vgol. *sup. c. 13. §. 1. & 2.* Cerolam in *praxi Episc. 1. p. ver. irregularitas. §. 7.* Suar. *disp. 45. sect. 6.* Sairum *libr. 7. cap. 5. a num. 12.* Vegam *1. var. summa. cap. 15. casu 17.* & in Espejo *de curas cap. 12. a numero 239.* P. Ledesma in *summa. 2. 2. tract. 8. cap. 18. 4. diffie. 14. conclusionis.* & Toletum *libr. 1. cap. 29. versicul. 2. in impress. Lugdunens. Tumul. 1. 1. quest. 76. articulo. 4. disputation. 4.* Auila *7. p. disp. 6. c. 1. dub. 1.* Moh. *de instit. d. tract. 3. disp. 71. n. 4. disp. 75. n. 2. & 3. & late disp. 77.*

12 Et sic ille adulter tamen non videtur manere irregulatus. Tom.

ris, nisi forte temere accessit ad vxorē alterius, & si ne sufficienti cautela moraliter exponens se tali periculo, ut in simili casu de adultero, ob cuius causam vxor à marito occiditur, tradit Suarez *d. sectione 6. n. 7.* Licet etiam tunc non esse irregularem, velit Gabriel Vazquez, ut colligitur ex eo, quod tradit alias dicta *1. 2. disp. 100. n. 45.* Et facit etiam quod docet idem Suarez *sup. disp. 46. sect. 1. n. 11.* & vide Auila *d. 7. p. disp. 5. sect. 3. dub. 1. in fin. & dub. 3.*

Et ista resolutio est vera, etiam iuxta sententiam Toleti *dict. lib. 1. cap. 79. seu 82.* in editionibus nouissimis, ubi docet, dictam doctrinam Ancharrani, Socini, Soti, Couar. & aliorum non esse absolute probandam, ut pote contra text. canonicos, & communem sententiam, sed distinctione opus esse, aut enim opera illicita causa est immediata homicidij, nempe, per quam occiditur homo, ut quando quis mittens sagittam aut scindens arborem, aut proiciens lapidem, aut quid simile faciens occidit hominem, aut est causa mediata, nimirum, quando aliquid fecit, unde mors hominis aliunde euenit, ut qui commisit adulterium, propter quod adultera occisa est à marito, aut protulit verbum iniuriosum, propter quod iniuria affectus se occidit, aut induxit alterum ad rixam, in qua occisus est ab aduersario. In primo casu ait, quomodocunque sit illicita, & prohibita opera, facit hominem irregularem, etiam præmissa omni diligentia, *d. c. dilectus. & d. c. ex literis.* à contrario sensu, Hostien. Panor. & Anania *ibi §. in secundo casu* distinguit aut erat periculosa in se, vel ex circumstantia aliqua, vel consuetudine, aut non: si erat periculosa inducit irregularitatem, si non adhibita sit diligentia: si vero non erat periculosa, non inducit irregularitatem.

Et ita ait de eo, qui commisit adulterium, aut stuprum, propter quod occisa est à marito, vel parentibus scemina, quod non erit irregularis, nisi quando periculum aliquod imminerebat, ut quia erant scemina nobiles, vel maritus, aut parentes tales, de quibus præsumi poterat, eos scire posse, & scientes occisuros. Et ait confirmari ex *c. fin. de homicidio. in 6.* Quæ tamen doctrina videtur bona, & menti iurum conformis. Addendum est tamen, quod ubi opera illicita est uti periculosa clericis prohibita, tunc si ex ea sequitur mors, erit indistincte irregularis, quacunque diligentia sit adhibita, ut in casu *c. tua nos. de homicid.* & recte tradit Couar. & alij *supra*, licet id limitet Auila *d. disp. 6. sect. 1. dub. 1.* & contra dicat Lorca *12. disp. 33. de peccatis.* iuxta quæ videtur accipienda dicta declaratio S. Congregationis adducta *cap. præced. n. 33.*

Supradictis consonare videtur, quod ait Manuel Rodrig. *sup. n. 7.* nempe, esse irregularem eum, qui cognouit carnaliter mulierem habentem morbum Gallicum, ex cuius contagio amisit membrum genitale, attento, quod ex hoc id solet succedere, nisi ignoranter eam cognouisset, quam sanam putabat. Quod etiam videtur tenere Summa Corona *sup. ibi:* Aut à medicis propter infirmitatem causatam, non ex illicito actu, aut sua culpa.

Quæ tamen sententia videtur nimis dura, licet enim ista amissio membri processerit ex dicta copula illicita, tamen ea est causa multum remota ipsius amissionis membri, & sic non videtur causare irregularitatem Couar. *d. §. 4. num. 9. in fin.* & Ludou. Lopez *sup. cap. 27.* nam copula est causa contagij, & morbus contagio receptus causa cancerationis, *scilicet*

H

putrefactionis membri; canceratio autem, seu putrefactio membri est causa amissionis, seu abscissionis illius, maxime, cum iste non peccauerit, nisi contra castitatem, & charitatem, exponendo se periculo talis morbi.

18 Secundo principaliter dicendum est, quod vitium, seu defectus corporis absque culpa proueniens, impedimentum præstans executioni alicuius actus, seu officij ordinis propter impotentiam, seu debilitatem, vel insignem deformitatem, licet quoad ordines suscipiendos absolute irregularitatem inducat, tamen quantum ad susceptos non reddit quem ex toto irregularem, sed solum quoad illum actum, seu officium ordinis, ad quem est inhabilis propter dictam impotentiam, vel debilitatem, aut deformitatem insignem. c. 2. de clerico ægrotan. & ibi Abbas, Villadiego, Coua Salzedo, & Nauar. num. 200. sup. & conf. 6. n. 2. de etate & qual. Vgol. d. c. 52. §. 1. n. 2. & cap. 64. §. 1. Graf. & Summa Corona, Henriquez, Lud. Lopez & Man. Rodr. sup. & Toletus d. c. 57. i. reg. Suar. d. disp. 51. sect. 2. a. num. 9. Sairus d. c. 7. nu. 7. Auila supra disp. 2. dub. 6. & disp. 3. Aubio 1. Molina numero 14. & alij supra.

19 Et sic ¶ vt ait Nauar. d. n. 249. seu 252. ei, qui sine sua culpa incidit in irregularitatem, quæ nascitur ex defectu, ad vsum vnus ordinis, & non alij iam suscepti, potest dari beneficium non requirens maiorem vsum. Et consequenter in casu dict. cap. 2. ei qui duos digitos, & dimidium palmæ amisit sine sua culpa, posset conferri beneficium non requirens celebrationem, non autem requirens illam, & sic posset illi conferri beneficium simplex, sequitur Vgol. c. 65. §. 1. num. 4. Cosm. Philiar. 1. p. l. 4. c. 6. ad finem. Henriquez lib. 13. c. 14. §. 1. in gloss. lit. F. & c. 56. §. 1. gl. lit. E. & lib. 14. c. 2. §. 5. gloss. lit. E. Tolet. supra 4. reg. & Sair. lib. 6. c. 2. numero 23. & Lessi. de iust. & iur. libro 2. c. 34. numero 121. Auila d. dub. Et ita in vna Tullen. canonizationis, & præbendæ de anno 1551. fuit per Rotam resolutum, quod laborans morbo caduco non sit inhabilis ad obtinenda beneficia simplicia, quia non est delictum, licet secus in beneficiis requirentibus ordinem scilicet sacrum, vt per Caputāquen decr. 236. p. 2. Concordat Azor d. l. 1. 6. 2. p. cap. 4. 7. 14. vbi ait, cum, qui postquam legitime primam tonsuram suscepit, sinistri oculi infirmitate, aut capitis morbo ita laborat, vt ad sacros ordines promoueri non possit, posse beneficium simplex obtinere, dummodo deformitatem non afferat talis morbus, & Suar. d. sect. 2. numero 18. ait, quod ægrotus morbo impediens vsum ordinis est irregularis ad beneficium curatum de nouo suscipiendum, ad simplex non ita si iam sit clericus, vt inde sustentetur. Verum ¶ clerico incidenti in cæcitatem, non videtur posse conferri beneficium etiam simplex, nam cæcus est incapax, quia preces Canonicas recitare nequit, Lessius d. l. c. 34. numero 130.

20 Auila d. dub. Et ita in vna Tullen. canonizationis, & præbendæ de anno 1551. fuit per Rotam resolutum, quod laborans morbo caduco non sit inhabilis ad obtinenda beneficia simplicia, quia non est delictum, licet secus in beneficiis requirentibus ordinem scilicet sacrum, vt per Caputāquen decr. 236. p. 2. Concordat Azor d. l. 1. 6. 2. p. cap. 4. 7. 14. vbi ait, cum, qui postquam legitime primam tonsuram suscepit, sinistri oculi infirmitate, aut capitis morbo ita laborat, vt ad sacros ordines promoueri non possit, posse beneficium simplex obtinere, dummodo deformitatem non afferat talis morbus, & Suar. d. sect. 2. numero 18. ait, quod ægrotus morbo impediens vsum ordinis est irregularis ad beneficium curatum de nouo suscipiendum, ad simplex non ita si iam sit clericus, vt inde sustentetur. Verum ¶ clerico incidenti in cæcitatem, non videtur posse conferri beneficium etiam simplex, nam cæcus est incapax, quia preces Canonicas recitare nequit, Lessius d. l. c. 34. numero 130.

21 Sed est difficultas ¶ an qui patitur vitium, seu defectum corporis celebrationem impediens tantum, vt in casu dicti c. 2. vel qui caret visu oculi canonis absque deformitate tamen, vel pollice, &c. esto ob id impediatur à sacerdotio suscipiendo, iuxta dicta, possit nihilominus promoueri ad diaconatum, & alios inferiores ordines, ad quorum actum executionem non habet ob id impedimentum aliquod considerabile.

22 Et videtur ¶ posse ad illos promoueri, & consequenter obtinere beneficium non requirens alium ordinem, præter illos, nam cum ad executionem a-

ctuum illorum ordinum non adsit vllum impedimentum, nec debilitatis, aut deformitatis insignis, vt supponitur, non est cur ad illos irregularis censendus sit, quod videtur tenere Valentia supra, ait enim defectum alicuius membri, qui efficit irregularem respectu inferioris ordinis, consequenter etiam efficere irregularem respectu superioris, cum non possit superior ordo sine inferiori suscipi, sed non è contrario. Et idem videbatur tenere Sairus d. c. 7. n. 8. qui tamen id inuoluit, nec potest satis percipi eius sententia.

Et facit quod docet ¶ Nauar. d. c. 27. nu. 204. de eo, qui vinum non potest bibere, quoniam euomat, quod licet sit irregularis ad presbyteratus ordinem, non videtur tamen, cur is non possit promoueri ad ordines minores, sequuntur Felicia. Valen. & Ludou. Lopez supra.

Et quamuis Nauar. tantum ¶ exprimat ad ordines minores, tamen eadem ratio videtur in proposito 25 de ordine diaconatus & subdiaconatus, & ita Henriquez d. c. 8. §. 7. expresse dicit, istum non prohiberi initiari etiam diaconatu, cum Maiolo lib. 2. c. 25. n. 2. qui id videtur sentire tantum.

Quamuis ¶ Manuel Rodrig. sup. cap. 158. numer. 11. & 12. dicat, istum, qui vinum non potest bibere, 26 posse sine dispensatione promoueri ad ordines minores, quia isti non solent recipi tam proxime respectu ordinis sacerdotalis, sicut diaconatus, & subdiaconatus, & sic ad illos non posse promoueri sine dispensatione Papæ.

Quæ tamen ratio ¶ non videtur concludens, nam bene potest recipi ordo diaconatus, & subdiaconatus sine respectu ordinis sacerdotalis recipiendi, quia inter eos non est necessaria actualis connexio, vt patet in primitiua Ecclesia, in qua diaconatus & subdiaconatus recipiebantur sine respectu ordinis sacerdotalis ad permanendum & ministrandum in illis, & hodie in Cardinalibus diaconis.

Nihilominus tamen ¶ in proposita difficultate 28 contrarium sentire videntur Doctores supra citati, & particulariter Suarez d. l. sect. 2. num. 11. & 15. & disp. 40. sect. 3. numer. 25. & expresse tenent Vgol. d. c. 52. §. 1. n. 4. & d. c. 64. in pr. nu. 4. & Tolet. d. c. 57. i. & 4. reg.

Quod videtur ¶ verius ex c. non confidat. 50. distin. 29 vbi absolute prohibet Gelasius Papa, corpore vitiatos diuinis applicare ministeriis. Et ita tenuit Rota in vna Romana pensionis, 3. Iunii, 1583. coram Illustissimo Cardinali Seraphino, vt in sequenti decisione, in qua alij plures pro ea citantur. Dubitatum fuit, an D. Pirrus esset inhabilis ad suscipiendum clericatum, propter vitium, seu effusionem oculi. Et quidem Domini, qui ipsum viderunt, indicabant erutum esse oculum, aut saltem eam partem, quæ pupilla dicitur, per quam transfunditur spiritus visorius, omnino effusam esse, ita vt non posset dici, habere maculam in oculo, vt loquuntur Summistæ, sed potius dicendum sit, carere oculo, cum ea parte, in qua inest videndi facultas, careat: quo supposito fuit itum in eam sententiam, non potuisse sine dispensatione ad clericalem tonsuram promoueri, & adesse auctoritates in specie, non solum de presbyteratu, sed etiam de clericatu loquentes, Præpositus in capituloso. 55. dist. vers. oppono. quod imo, Gemina. & Turres. ibid. Et licet Bellamera in capitulo de gradibus 35. q. 8. dicat, quod iura loquentia de hac prohibitione, loquuntur respectu presbyteratus, & sacrorum ordinum, non autem respectu promotionis ad beneficia, tamen prohibitionem hanc generaliter inducant esse ne-

esse negare non possumus, nempe à Gelasio in c. non confidat. 50. dist. ubi vetat corpore vitiatos diuinis applicari ministeriis, & in confesso est eum, qui admittitur ad clericalem consuram, diuinis applicari ministeriis. Et illud textum generaliter intelligunt Propositi, Geminiani, & Turcremata dicentes, ex huiusmodi corporis vitio contrahi irregularitatem: & hinc sequitur impedire non solum maiores ordines, sed etiam minores, & clericatum, Summista in verb. irregularitas. Præterea, casus propositus per Bellameram est valde diuersus à nostro, agit enim de eo, qui habebat maculam in oculo, qui visum impendebat, seu inducebat magnam deformitatem, nec generabat scandalum in populo: & tamen etiam hoc casu requirit dispensationem Episcopi. Præterea, quamuis Doctores communiter in c. Thomas de corpore vitiat, tradant, quod ut vitium corporis repellat à promotione, requiritur, ut sit tale vitium, quod scandalum generet in solemniter celebrare, vel in actu solemniter celebrandi, ut post Butrium in cap. primo & in dict. capit. Thomas, tradit P. de Baisio in directorio election. c. 19. 2. par. & B. Ant. in tr. de irregularitat. c. 5. tamen non videtur tutum in casu proposito dicere, quod vitium non sit tale, quod non inducat magnam deformitatem, & non sit aptum generare scandalum, maxime cum Doctores passim hanc distinctionem adhibeant in quibusdam vitiis albuginum, & macularum, non autem effusionis oculi, vel mutilationis membri, ut videre est ex his, quæ tradunt præfati Doctores, & Pavinus de visitat. qu. 6. 2. part. n. 21. & in hoc casu versatur arbitrium iudicis, non autem in mutilatione, ut colligitur ex traditis per Menoch. qui alios citat de arbitr. casu 226. longe enim differunt huiusmodi vitia à mutilationibus, & quantum, cum sex, vel 7. legib. seqq. de ædificat. Hinc inferrebat, necessarium fuisse hoc casu dispensationem Papæ, ut tradunt præfati Dd. in dict. capit. non confidat. & Bellamera in d. c. de gradib. col. 1. Specul. de dispensatio. §. iuxta, numero tertio & 61. cum finis in mutilatione. Et facit capit. primo de re iudicata in 6. & ibi Archidia. Milis in verb. dispensare, Ioan. Andr. in capit. primo de corpore vitiat. Et secundum istam distinctionem sunt intelligendi moderni, qui tradunt in nonnullis vitiis & deformitatibus non requiri Papæ dispensationem, quia procedit in leuib. vitiis, & debilitatibus, non autem in membrorum principalium mutilationibus: vel quando quis dispensatur, ut iam susceptis ordinibus ministret, quod facilius permittitur, & ita procedit textus in c. 1. & 2. de corpore vitiat. & c. quicumque. 50. dist. Sed dato etiam, quod in casu isto non requireretur dispensatio Papæ, seu sufficeret dispensatio Ordinarij, utique clericatus non potest sustineri, quia non reperitur dispensatus cum causa cognitione, prout requiritur in Episcopo. Speciale enim est in Papæ, ut scienter gratiam faciens inhabili, censeatur cum eo dispensare. Specul. de dispensat. §. qualiter, n. 2. 3. & 4. Abbas in c. cum in cunctis, §. inferiora. nu. 8. de election. & ibi Dec. n. 8. Et ita conclusum pro inualiditate clericatus.

31 Nec obstat dicta doctrina Nauarri, de eo, qui vinum non potest bibere, nam contra eum tenet Toletus dist. capit. 57. 1. regu. dicens, non esse probandam eius sententiam, nam longe aliud est cum ordinato, siue cum ante promotionem superuenit defectus, & cum post promotionem: si enim ante promotionem defectus est, ad nullos debet promoueri: quia omnes homines ordinantur ad sacramentum altaris, ad quod ille inhabilis est, iam vero ordinatus toleratur in susceptis, ad quos habilis est, & sine deformitate, aut scandalo potest exercere, ut col-

2. Tom.

ligitur ex d. cap. 2. de clerico agrotante, & ibi Panorm. & est communis sententia. Ita Toletus. Et t ad id quod diximus, quod inter sacerdotium, & alios ordines inferiores non sit necessaria actualis connectio, potest dici, requiri nihilominus habilitatem, & capacitatem ad sacerdotium, ad quod reliqui ordinantur.

Præterea respondetur, quod quidquid esset in eo, qui vinum non potest bibere, tamen in corpore vitiat aliquid dicendum esset, ex quo sunt absolute irregulares, ut in d. c. non confidat.

CAP. XIII.

Quod non sit excommunicatus.

SUMMARIUM.

Oportet eum, cui de beneficio providetur, non esse aliquam censuram ligatum, n. 1. Quæ secundum Canonistas triplex est, excommunicatio, suspensio, & interdictum. n. 2.

Imprimis oportet, quod non sit excommunicatus, nam excommunicato beneficia conferri non possunt. n. 3. Et collatio excommunicato facta de iure est nulla. nu. 4. Etiam si sit facta motu proprio. n. 5. Et ideo non præstat titulum coloratum, & sic possessio illius non est restituibilis, constando ex actis, quod collatio fuit facta excommunicato, n. 6. Licet secus ad effectum regule de irreali. n. 7.

Non conualescit collatio per sequentem absolutionem, n. 8.

Prædicta doctrina procedit etiam in collatione facta excommunicato occulto, & ignoranti etiam probabiliter, & inuincibiliter se esse excommunicatum, nam adhuc collatio est nulla, n. 9.

Secundo procedit etiam in foro conscientie, in qua beneficium excommunicato collatum ab ipso retineri non potest, num. 10.

Tertio procedit etiam si excommunicatio sit iniusta contra Suarez. II. & 12. quamuis secus excommunicatio sit nulla, numer. 13.

Quarto procedit etiam in electione, & presentatione, seu nominatione. nu. 14.

Quinto procedit etiam in permutatione beneficiorum facta per excommunicatum, quæ non valet num. 15. & 16. Sed quamuis non valeat quoad excommunicatum, tenet tamen quoad non excommunicatum compermutantem, numero decimo septimo. Et non valet collatio facta excommunicato ex causa permutationis quavis tempore resignationis, & admissionis non esset excommunicatus, numero decimo octauo. E conuerso, si tempore collationis non erat excommunicatus, valebit collatio, & permutatio, quamuis tempore resignationis, & admissionis Ordinarij esset excommunicatus, numero decimonono. Quamuis si fieret coram Papæ seu Legato resignatio etiam ex causa permutationis in fauorem excommunicati, sine absolutione ad effectum, quæ dari solet, non valeret admissio in fauorem illius num. 20.

Caput 1. de rescriptis in 6. ubi quod non valet gratia, seu rescriptum impetratum ab excommunicato, non habet locum in gratis concessis ab Ordinario, numero vigesimo primo.

Sexto procedit non solum in quibusvis beneficiis Ecclesiæ,

H 2